

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paciencia f
cum uariis

Nullus perfectus est qui inter mala proximorum paciens non est. Qui enim equanimiter aliena mala non tollerat, ipse sibi per impacienciam testis est, quia ab omni plenitudine longe distat. Abel quippe renuit esse, quem Caym malicia non exercet. Sicut in tritura palee grana premuntur, sic flores inter spinas prodeunt et rosa que redolet crescit cum spina que pungit.

Gregorius libro XX. moralium super illud: Frater fui draconum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

testis est] est testis M; libro *om.* C; libro XX. *om.* V² L¹ L²